

Novellam in Imperio Occidentali recepta fuerit, iure Civili vel Canonico, dubitatur. XXIII. Licentia concubinatorum sub Imperatoribus Germanis. XXIV. Rationes contra licentiam concubinatorum. XXV. Rationes pro licentia concubinatorum. XXVI. Vera ratio concubinatorum tamdiu tolerati lascivia cleri Pontificii. XXVII. Primus inter Pontifices Leo X. initio seculi decimi sexti concubinatorum prohibuit, astute magis quam serio. XXVIII. Postea in ordinatione politica 1530. eadem prohibitio

sed frigide nimis repetita. XXIX. Nec initio reformationis concubinatorum omnis pro turpi habitus. XXX. Exemplum illustre concubinatorum liciti adhuc in medio seculi decimi sexti. XXXI. Paulo post concubinatorum in Concilio Tridentino prohibitus, & a Francisco Hotmanno oppugnatus. XXXII. Et in ordinatione politica 1577. prohibitio repetita. XXXIII. Ab illo tempore concubinatorum apud nos illicitus. XXXIV. Usus Dissertationis presentis. XXXV.

§. I.

Scopus Dissertationis.



Non est animus defendere licentiam (a) Concubinatorum, nec impugnare leges hodie receptas concubitorum sub poena prohibentes; saltem id ostendemus, concubitorium nec ad fornicationis, nec ad stupri, nec ad adulterii genera olim tam apud Hebraeos, quam apud Romanos, etiam in primis seculis Christianae religionis, pertinuisse, sed inter concubitorium & matrimonium aliquam quidem, verum exiguam fuisse differentiam, quod vero hodie pro stupri, aut fornicationis, aut adulterii specie habeatur, ejus
origi-